



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 4. Perperam allegatur locus Scripturae ut dicta gratia probetur omnibus
adesse in vita & aliquibus deesse in extremis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

PECCATORIS. 19

dum benè volenti subministrat auxilium, ut benè operando perveniat ad bonæ voluntatis effectum. Misericordia igitur præveniens, cooperaturam sibi hominis voluntatem sola præparat, subsequens autem cooperantem sibi voluntatem juvat. Itaque præveniens in tenebris hominem constitutum, gratis educit ad lucem, non solum admonendo extrinsecus, sed & intrinsecus illuminationis gratiam largiendo. DOMINUS ENIM ILLUMINAT CÆCOS.

S. I V.

Perperam allegatur locus Scripturæ ut dicta gratia probetur omnibus adesse in vita & aliquibus deesse in extremis.

PROsequitur deindè Appendix: *Quod autem hanc gratiam semper offerat in vita, & sæpè neget in extremis, probant verba sequentia: quia vocavi & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, &c.*

Peccatores hoc loco arguit Deus, aut arguendos prædicit, quod sibi vocanti non fuerint obsecuti, id enim voluntatis eorum vitium est, ipsisque adscribendum. Neminem tamen usquam peccatorum in

Ad Capit. ta, ut loquitur S. Prosper, *Relinquit à Deo*
 Gall. sent. *ac sibi ac deceptoribus tradi*, neque hîc dicitur,
 11. neque ex dictis vel apparenter licet con-
 cludi; minus verò hinc conficitur, om-
 nibus peccatoribus pœnitentiæ gratiam
 sic semper in vita offerri, ut precibus piis-
 que laboribus requirenda non sit, sed ut
 vult Appendix, *illi dumtaxat consentiendum*.
 Ac per hoc nullo modo, hoc testimonio
 prætensum fidei dogma stabilitur.

§. V.

*Frustra huc allegantur loca quædam ex
 Evangelio.*

Venio nunc ad testimonia quæ de
 Evangelio sumpsit, & quibus præ-
 cipuè vult inniti: primum est ubi Chri-
 stus omnes ad se vocat; *venite ad me omnes
 qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam
 vos*. Alterum ubi hortatur ad pœniten-
 tiam. Verum nec his aliquid efficitur.
 Nam Judaicum populum immediatè his
 verbis Christus fuerat allocutus, & ta-
 men etiam post hanc vocationem & ad-
 hortationem plurimis eorum non datum
 pœnitentiæ donum, cui *dumtaxat* esset
 Ad Rom. *consentiendum*, ex Apostolo discimus, qui
 6. 11. v. 7. *consentiendum*, ex Apostolo discimus, qui
 8. *paucas*